Et dicit, genitrix quod doleas magis
Ex liber satus ego tacui; ferox
Is contra; probra posse
Haec nobis mala dicier;
Me valde pudet haud posse refellere.
At tu, si modo sum stemmate coelico
Ortus, da generis nunc
Signum, ac assere me polo,
Dicens, implicuit mollia brachia
Collo matris: et ut, per Meropis caput,
Per taedasq; sororum
Veri signa patris, sibi
Monstraret, petijt. Sed dubium fuit,
An mater precibus sit Phaëthontis, aut
Irâ mota magis jam,
Praedicti sibi criminis,
Porrexitq; polis utraq; brachia,
Solis respiciens lucida lumina,
Inquit, per jubar hocce
Quod claris radijs micat,
Iuro, Nate tibi, quod videt audit et
Nos: hoc te genitum Sole oculis tuis
Quem cernis regit orbem et:
Si jam ficta loquor, neget
Se spectare mihi, sitq; oculis meis
Nunc lux atq; tuis ista novissima
Longum noscere penates
Nostros non labor ē tibi
Et conterminia nostra, unde oritur, domus,
Terrae, fert animus si modo, gradere,
Et scitabere ab ipso.
Extemplo Phaëthon laetus